

/ Cardinali Bellarmino.

Matthias

R/me

Legamus isthuc Nob. et nob. dil. Romboldum Comitem de Cöthalto
5 et Sal etc. ut certa quaedam negotia quae Nobis merito curae et
cordi sunt, praesensque remedium efflagitant, S/ti Suae uberiori
sermone exponat. Cui in mandatis dedimus ut R/mae P.V/rae benevolam
nostram mentem animique propensionem offerat, et quantum ipsius er-
ga Nos studio tribua mus, coram testetur. Illi igitur mandata nost-
10 ra exequenti ut R/am P.V. fidem habere nostrisque postulatis ubi-
cunque consilio auxiliove poterit (poterit verò plurimum) favere
non gravetur ab ipsa benigne contendimus. Factura est in eo rem opi-
nioni quam de ipsa habemus dignissimam, Nobisque apprime gratam,
quam agnoscere, ubicunque benevolentia nostra Caesarea R/mae P/ti
15 V/rae oportuna sit, non intermittemus. Dat. Ratisb. 17 Sept/bris
1613.

Wien. K.u.K. Haus-, Hof- und Staatsarchiv. Römische Hofkorrespon-
denz 10. Minute (d'après photogr.)